pore V. Memento

nostri domine

ne in beneplacito popu

li tui visita nos

in salutari tuo

S. matheum

N. ill'. t. Egressus ihesus: secessit
in partes tyri et sydonis. Et
ecce mulier chananea a fini
bus illis egressa: clamauit
dicens. Miserere mei domine fili
dauid: filia mea male a demo
nio vexatur. Qui non respondit
ei verbum. Et accedentes disci
puli eius: rogabant eum di
centes. Dimitte eam: quia
clamat post nos. Ipse autem
respondens ait. Non sum missus

oues que perierunt
domus israel. At illa venit: et
adorauit eum dicens. Domine ad
iuua me. Qui respondens ait. Non
est bonum sumere panem filiorum:
et mittere canibus. At illa dixit.
Etiam domine. Nam et catelli
edunt de micis que cadunt de
mensa dominorum suorum. Tunc re
spondens ihesus ait illi. O mu
lier magna est fides tua. Fiat
tibi sicut vis. Et sanata est fi
lia eius:

Offert. Meditabor in mandatis tuis que dilexi valde et leuabo manus meas ad mandata tua que dilexi

Sacrificijs presentibus domine Secre.
quesumus placatus intende ut et deuo
tioni nostre proficiant et saluti p

8 V

6091

Intellige clamorem me um

intende voci oracio nis mee

rex meus et deus me us

quoniam ad te orabo [illegible]

Supplices ps

te rogamus omnipotens deus ut quos tuis reficis sacramentis tibi etiam placitis moribus dignanter deservire concedas per dominum [illegible]

Oculi mei semper [illegible]

ad dominum quia ipse evel

let de laqueo pedes me

os respi ce in me [illegible] miserere

[illegible] quoniam unicus

et pauper sum ego V Ad

te domine levavi animam meam

deus meus [illegible] non eru

bescam Oratio per Evangelium

Quesumus omnipotens deus vota

humilium respice atque ad defensionem nostram

dexteram tue maiestatis

[illegible] Ad ephesios [illegible]

F[illegible] imitatores

dei [illegible] karissimi et am

bulate in dilectione sicut et

christus dilexit nos et dedit se

metipsum pro nobis oblacionem

et hostiam deo in odorem su

avitatis Fornicacio autem

autem omnis immundicia aut a

varicia non nominetur in

vobis sicut decet sanctos Aut

N:8

mecum manum in parapside:
hic me tradet. Filius quidem ho
minis vadit: sicut scriptum est
de illo. Ve autem homini illi: per
quem filius hominis tradetur.
Bonum erat ei: si natus non fu
isset homo ille. Respondens autem
iudas qui tradidit eum dixit.
Numquid ego sum rabbi? Ait illi
Tu dixisti. Cenantibus autem eis
accepit ihesus panem et benedixit
ac fregit. deditque discipulis su
is et ait. Accipite et comedite.
hoc est corpus meum. Et acci
piens calicem. gratias egit.
et dedit illis dicens. Bibite ex
hoc omnes. Hic est enim sanguis
meus novi testamenti. qui
pro multis effundetur in remissi
onem peccatorum. Dico autem vobis.
non bibam amodo de hoc
genimine vitis usque in diem
illum. cum illud bibam vo
biscum novum in regno patris
mei. Et ympno dicto: exierunt
in montem oliveti. Tunc di
cit illis ihesus. Omnes vos scan
dalum patiemini in me: ista
nocte. Scriptum est enim. Per
cutiam pastorem: et dispergen
tur oves gregis. Postquam autem re
surrexero: precedam vos in ga
lyleam. Respondens autem petrus: ait
illi. Et si omnes scandalizati fu
erint in te: ego numquam scanda
lizabor. Ait illi ihesus. Amen
dico tibi: quia in hac nocte an
tequam gallus cantet. ter me ne
gabis. Ait illi petrus. Etiam
si oportuerit me mori tecum:
non te negabo. Similiter et omnes
discipuli dixerunt. Tunc venit
ihesus cum illis in villam que
dicitur gethsemani: et dixit di
scipulis suis. Sedete hic: donec
vadam illuc et orem. Et assump
to petro et duobus filiis zebedei:
cepit contristari et mestus esse.
Tunc ait illis. Tristis est ani
ma mea: usque ad mortem. Susti
nete hic: et vigilate mecum. Et
progressus pusillum: procidit in
faciem suam orans et dicens.
Mi pater. si possibile est: transe
at a me calix iste. Verumptamen
non sicut ego volo: sed sicut tu.
Et venit ad discipulos suos: et
invenit eos dormientes. Et di
cit petro. Sic? Non potuistis
una hora: vigilare mecum?

[illegible]
in temptationem. Spiritus quidem promp-
tus est: caro autem infirma. Ite-
rum secundo abiit et oravit dicens. Pa-
ter mi, si non potest hic calix trans-
ire nisi bibam illum: fiat vo-
luntas tua. Et venit iterum: et in-
venit eos dormientes. Erant
enim oculi eorum gravati. Et re-
lictis illis: iterum abiit et oravit
tertio: eundem sermonem dicens.
Tunc venit ad discipulos suos:
et dicit illis. Dormite iam: et re-
quiescite. Ecce appropinquabit ho-
ra: et filius hominis tradetur
in manus peccatorum. Surgite: ea-
mus. Ecce appropinquabit qui me
tradet. Adhuc eo loquente ec-
ce iudas unus de duodecim ve-
nit. et cum eo turba multa cum
gladiis et fustibus missi a princi-
pibus sacerdotum et senioribus
populi. Qui autem tradidit eum: de-
dit eis signum dicens. Quem-
cumque osculatus fuero: ipse est
tenete eum. Et confestim accedens
ad iesum: dixit. Ave rabbi. Et oscu-
latus est eum. Dixitque illi iesus.
Amice: ad quid venisti? Tunc
accesserunt et manus iniecerunt

in iesum [illegible]
runt eum. Et ecce unus ex his qui [illegible] cum iesu
erant [illegible] gladi-
um suum: et percutiens servum
principis sacerdotum amputa-
vit auriculam eius. Tunc ait
illi iesus. Converte gladium tuum
in locum suum. Omnes enim qui acce-
perint gladium: gladio peribunt.
An putas quia non possum ro-
gare patrem meum: et exhibe-
bit mihi modo plus quam duo-
decim legiones angelorum? Quo-
modo ergo implebuntur scripturae?
Quia sic oportet fieri? In illa
hora dixit iesus turbis. Tam-
quam ad latronem existis cum gla-
diis et fustibus comprehendere me.
Quotidie apud vos sedebam docens
in templo: et non me
tenuistis. Hoc autem totum factum
est: ut adimplerentur scripturae
prophetarum. Tunc discipuli omnes:
relicto eo fugerunt. At illi te-
nentes iesum: duxerunt ad ca-
ypham principem sacerdotum:
ubi scribae et seniores convene-
rant. Petrus autem sequebatur
eum a longe usque in atrium
principis sacerdotum. Et in-